



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 10. Rhemensis Conventus a Lotharingio Cardinale celebratus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Alphonso Estensi Ferrariæ Duci de-  
sponsata erat.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1565.

Verum priusquam demandatæ huic  
provinciæ satisfaceret Borromæus, uni-  
versam suam Diæcesin lustrare aggre-  
diebatur, cum autem jamjam sancto  
huic operi intentus esset, Tridentum  
præfatis Principibus obviam ire cogebatur:  
postea vero eum summus Pontifex, ejus  
Patruus, qui sat periculosum morbum  
erat eluctatus, Romam venire jussit.

§. X.

*Rhemensis Conventus a Lotharingio  
Cardinale celebratus.*

Pariter hoc anno Christi millesimo quin-  
gentesimo sexagesimo quinto ex-  
eunte Mense Novembri Lotharingius  
Cardinalis Rhemis conventum egit sat  
numerofum; aderant quippe ipsimet  
Episcopi Sylvanectensis, Sueffionensis,  
& Catalaunensis: suos autem Procu-  
ratores mittebant Noviodunensis, Lau-  
densis, Ambianensis, & Bolognensis:  
cum vero eodem tempore Nicolaus Pel-  
leveus Senonensis Archiepiscopus, &  
Nicolaus Pſalmæus Virodunensis Præ-  
sul Rhemis essent, hinc a duobus Ar-  
chidiaconis ad eos deputatis ad hunc  
Conventum invitabantur, qui etiam  
cum ceteris intererant, ita tamen, ut  
Archie-

Labh. p. 43.  
Es seq.



Sæcul. XVI. Archiepiscopus ad Cardinalis dexteram  
A.C. 1565. Virodunensis vero ad lævam suas sedes  
occuparent. Huic Conventui a secre-  
tis erat Nicolaus Britonus Noviodunen-  
sis Ecclesiæ Decanus a ceteris ad hoc  
munus electus, cui etiam adjungeba-  
tur Gentianus Hervetus: Procurator  
autem nominabatur Joannes Espolarus  
Suessionensis Decanus, cui Socius at-  
tribuebatur Petrus Gilbaldus Rhemen-  
sis Canonicus: præterea Capitulorum  
Deputatis, pluribusque Abbatibus, qui  
præsentes aderant, jus suffragii con-  
cedebatur. Denique cunctis in Eccle-  
sia Cathedrali confidentibus Lotharin-  
gius Cardinalis conventui initium fe-  
cit, habita eloquenti oratione, in qua  
hujus Concilii finem unice ad procu-  
randum Dei honorem, & gloriam, at-  
que Ecclesiæ Catholicæ salutem collim-  
mare declarabat, suo autem sermoni  
thematicis loco præfixit hæc Christi Do-  
mini verba Joan. 17. *Pater, venit hora,  
clarifica filium tuum.* Postea Sacro so-  
lemni per Suessionensem Episcopum ce-  
lebrato demum litanix, hymnusque  
Ambrosianus (\*) decantabatur, quo  
finito

(\*) In aliis Synodis præmissum legimus  
hymnum *Veni creator Spiritus*, atque ad il-  
lorum finem decantatum fuisse Hymnum *Te  
Deum.*



finito recedebant omnes. Peracta hæc Sæcul. XVI.  
A.C. 1565.  
erant die Dominica vigesima sexta No-  
vembris.

Altera die, quæ erat feria secunda, habebatur prima Congregatio, in qua solemniss supplicatio feria quinta post sancti Andreæ festum celebranda, ibique Sanctissimum Sacramentum deferendum decernebatur, ubi eadem die omnes ibidem assistentes sacra Synaxi reficerentur. Pariter decretum est, ut epistola Synodalis ad omnes Parochias transmittenda conficeretur: insuper quibusdam Doctoribus injunctum, ut juxta Tridentinæ Synodi decreta fidei professionem conciperent. In altero confessu feria tertia, ac die vigesima octava ejusdem Mensis habito Cardinalis Synodum efflictim rogabat, ut discutere inciperet, an quædam contra ipsius mores monenda occurrerent, cum ea emendare paratus sese Sueffionensis, & Catalaunensis Præfulum judicio committeret. His peractis suadebat, ut correctionis articulis pro Ecclesiasticis, & Religiosis conficiendis incumberetur: cum autem suam quivis diversam hac in re sententiam haberet, conclusum est, quod morum emendatio ad sequens Concilium remitteretur: interea vero Præfulum quivis ea, quæ in sua Diæcesi reformanda repererit, sedulo discuteret.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1565.

teret. In tertio congressu die vigesima nona Novembris celebrato fidei professio prælecta, atque altera die in quarto conventu approbata est. In quinta die sancto Andreæ sacra habebatur decreta solemnis supplicatio, qua finita, sacroque celebrato omnes per Cardinalem sacram Eucharistiam recipiebant: porro novemdecim ejusmodi Congregationes habebantur, quarum postrema die decimo tertio Decembris celebrata est, ubi quam plurima statuta aut Constitutiones conditæ fuerunt.

§. XI.

*Hujus Synodi statuta.*

*Labb. p. 49.* Decreto I. agebatur de Parochorum Residentia II. de eorum sollicitudine in tradenda, atque annuntianda sana doctrina III. de Parochorum officio in administrandis Sacramentis IV. præcipitur, ut in parvulorum baptismo unicus duntaxat Patrinus, & Matrina adhibeantur, ne affinitatis spiritualis impedimenta multiplicentur. V. Præfigitur tempus ad nuptias, earumque solemnitates celebrandas permissum. VI. agitur de morum honestate in Pastoribus requisita. VII. De examine cunctorum ad animarum curam seligendorum. VIII. De promotione ad Ordines sacros. IX. De Tonsura. X. De